



Universitätsbibliothek Paderborn

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate
Libri Septem**

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

Maximam fieri a parentibus iniuriam nothis, q[ue] infames sunt, & ab
haereditate exclusi cap. xxx

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

egi gra
e infen
are cō
suo cō
are tot
imonta
fam) in
is Tro
rentem
atq; ex
nū hoc
infelici
erarum
incom
g nem
um est,
nquam
isfimus
uorum
rabil; &
multis
o mœ
: Pra
os prol
oris ca
quanto
ur, que
tantaq;
ntur, ut
ate plus
artibus
ines, &
os ha
terreant
da: eti
per se flagitium ipsum ab absterendum satis non fuerit, absterreat metus, & incommodum imminentis calamitatis.

Maximam fieri a parentibus iniuriam nothis,
& infames sunt, & ab hereditate exclusi
duntur. Cap. XXX.

DE his uero quid dicemus, qui legitima licet pro le foecundi sint, non tamen ab alienis mulieribus sese abstinent: seminantes ubi infeliciter tantummodo pro fruge mortiferam cicutam, & perniciosa zizania seu lolium sint messuri? Quid tu infame facis Draconis (ut aiunt) dentes seminas: qui exorti immaniter intuam ipsius caniciem, familiamq; grassentur. Tu labitus sciam putas, ex qua lurida aconita, & pestifera postea uerena haurias. Perses, & Iugurta utriq; de adulterio natl: alter Macedonia: alter Numidia: exclusis legitimis haeredibus, regnum sibi malis artibus usurpatunt. Quo certa & ipsi postmodum una cū familia regia inde expulsi, translato in alios regno periere. Si tu quidem ex adulterio natos tollis, dedecus sane tibi paris nō mediocre, illis uero insignem etiam contumeliam. Quippe qui tuam ob culpam, & sic nati sunt, infames sunt, & abiectissimi omnium: ut pote & publici honoris, et patrimonii expertis domo scilicet exclusi, & curia: pessimum utrumq; malum, inopia, & dedecus. Quid q; multi etiam non egestatem grauius, quam probra natalium, & conuitia criminosi partus ferant: usque adeo ut multo plures repetiās, qui inopiae quantumlibet grauis notam, et uitii cuiusvis probrum sibi obici malint, quam natalium. Cuius rei satis illustre exemplum, et scitu dignum præbuit Gualielmus Carraria: qui quum a Jacobino Carraria Pata, unius tunc imperante per iurgium spurius appellatus alio quando fuisset, adeo moleste tulit obiectam natalium nostram: ut indignationē eo probro conceptam, nō ualuerit

HH iii

DE PUDICITIA MATRIMONII.

nec ferre æquo animo, nec dissimulare diutius. Namque
primū ulciscendæ iniuriæ fuit sibi occasio data, patrum
(erat.n. patris frater non pater, ut quidam falso scribunt)
à mensa euocatum, tanquam secreti aliquid haberet, nisi
hil tale suspicantem, gladio educto transfodit: & ueluti
qui moriturus esset, uulnera ingeminans, nō euelli ab eo
prius potuit, quia et ipse transfossus una cū principe expirat
uerit. Amor ergo & gratia, quam ueri, & legitimi filii pa-
rentibus debent, quo ad turpiter genitos, odium est, &
querela. Vnde Ecclesiastes. De patre, inquit, impio que-
runtur filii, quoniam propter illum sunt in opprobrio.

Eccle.41.

Filios nothos male semper audire, & infensos sem-
per esse nouercis. Cap. XXXI.

Vam molestum autem, & quām erum nosum
sæpe fuerit parentibus suscepisse eiusmodilibet
ros: quancque perniciosum legitimis filiis habuisse
eiusmodi fratres, satis supercque satis, & antiquis, & quoti-
dianis exemplis liquet: ut superfluū posuit uideri, si hac
acutius indagemus: tandiosum autem, si copiosius refel-
ramus. Suspectos aut eos cuiuspiā improbitatis semp., &
ubique reddunt nefarii, & impudici natales. Est enim hac
uulgo ab omnibus approbata sententia. Ex bonis bo-
nos, ex malis malos digni solere. Quo circa commo-
dus imperator. M. Antonini filius non ob aliud habitus
est ex adulterio natus quia ob suam improbitatem, quia tam
dissimilibus moribus degenerasset à patre. Nihil sane
mirum, si ex bonis parentibus bonos, & si ex impudicis
nasci quoscque uideamus liberos impudicos. Referimus
ferè aut patrem, aut matrem, aut, utrunq; . Huc accedit, quia
ii negligentius educatur, quia qui legitimo matrimonio ge-
nerantur: ideo facile ad seruiles mores defleunt: nec
nisi rari ad aliquod egregiū attollunt animos. Solus lege
apud Hebræos, Themistocles apud Græcos, & Io. An-
dreas illustrissimus pontificii iuris interpres pro cōpen-
tis apud Latinos referuntur, qui gestas rerum gloria, &